

II.

KOSMOWA LETOPISU ČESKÉHO
POKRAČOWATELÉ.

imperator fundavit Romanam ecclesiam. Ideo ¹⁾ fecit eam liberam esse, quam Sobieslaus, ut diximus, renovavit, et renovatam in melius auxit, quia parietes depingi fecit, coronam auream in ea suspendit, quae ponderat XII marcas auri, argenti vero LXXX, aes et ferrum sine numero, pavementum pollitis lapidibus exornavit, porticus in circuitu addidit, laquearia in lateribus duobus affixit, tegulis summitatem totam cum tectis cooperuit, claustrum et omnes officinas cooperiri iussit; insuper et canonicos eiusdem ecclesiae multiplicavit stipendiis, praediis, aliisque bonis augmentavit.

Eodemque ²⁾ anno dominus Meynhardus, episcopus Pragensis ecclesiae, renovat ³⁾ sepulcrum sancti Adalberti pontificis auro et ⁴⁾ argento et cristallo.

Eodem ⁵⁾ anno Wencezlaus ⁶⁾, filius Suatopluk, missus est in Ungariam a duce Sobieslao in auxilium regi ⁷⁾ Stephano contra Graecos, sicque cum pace rediit; sed vivens per quatuor menses quartanis febribus excoctus pridie ⁸⁾ Kalendas Martii exspiravit.

Anno dominicae incarnationis 1130 ipsa natiuitatis die surgente aurora Lucifer ortus est, quod nunquam visum vel auditum fuit. Hic ⁹⁾ dominus Meynhardus ¹⁰⁾, episcopus Pragensis ecclesiae, profectus est Ierosolimam causa orationis.

Eodem etiam anno dux Sobieslaus proficiscens Ratisponam ad colloquium Lotari regis, in quodam rivulo nomine Regen ¹¹⁾ dei gratia evasit mersionem, in illaque urbe manens per septimanam destruxit 20 munitiones, sicque sanus et laetus rediit ad sua. Haec domino duce Sobieslao agente et ante et adhuc per omnia incolomi existente, pervenit in castrum Cladsko ¹²⁾ cum multo comitatu, quo solertius quam antea et robustius munito, in Moraviam proficisci disposuerat. Sed dei misericordia revelante, ut ipse ait: Nihil opertum, quod non reveletur, neque absconditum, quod ¹³⁾ non sciatur et cetera, insidiae et traditiones, quae longe ante in ¹⁴⁾ eum machinatae erant, tunc in ipsa via patuerunt, sicque ¹⁵⁾

zwelebil lépe; neb dal stěny malowati, zlatau korunu w něm zawěsil, která wáží 12 hřiwen zlata, stříbra pak 80, mědi a železa bez čísla, dlažbu hlazenými kameny wykrášlil, přidal chodby kolem, piliře na obau stranách přistawil, cihlami wrch celý se střechami pokryl, klášter a dílny wšecky dal pokrýti; mimo to také kanowniky téhož kostela rozmnožil a přidal platy, dwory a jiné statky. 1129

Téhož také roku pan Menhart biskup kostela Pražského obnowil jest hrob swatého Wojtěcha biskupa zlatem a stříbrem i křištalem.

Téhož léta Wácslaw syn Swatoplukůw poslán jest do Uher od knížete Soběslawa na pomoc králi Štěpánowi proti Řekům; a tak s pokojem wrátil se, ale žije po čtyry měsice čtvrtodenní zimnici wymořen posledního dne Unora zemřel jest.

Léta od narození páně 1130 práwě w den narození božího při rozedníwání wzešel jest Swětlonoš, což nebylo nikdy widáno ani slýcháno. Tehdy pan Menhart biskup kostela Pražského putowal jest do Jerusaléma na modlení. 1130

Téhož také roku Soběslaw kněz, když jel do Řezna k roku s králem Lutherem, w jednom potoce řečeném Regen z boží milosti ušel utopení; a w tom městě zůstaw týden, rozbořil jest 20 twrzí, a tak zdráv a wesel domů se nawrátil. To když konal kníže Soběslaw a předtím i posud we všem zůstawal bez úrazu, přišel jest na zámek Kladsko s četnau družinau, a ohradiw jej pilněji než prwé a pewněji, minil jeti na Morawu. Ale zjewením milosrdenství božího, jak sám dí: nic přikrytého, coby nebylo zjeweno, a nic tajného, coby se newědělo a tak dále, auklady a zrady, které byly dlauho předtím na něj strojeny, tehdy na té cestě se wyjewily; a tak cestu začatau do Morawy na ten

¹⁾ imo 8. — ²⁾ Eodem 2aa, 2b. — ³⁾ renovavit 2a, 2aa, 2b, 8. — ⁴⁾ nemá 2aa, 2b. — ⁵⁾ Eod. enim a. 2. — ⁶⁾ údělní kníže Olomúcký. — ⁷⁾ duci 2b. — ⁸⁾ VIII Kal. Mart. má Anonymus Grad. Richter, Series episc. Olomuc. str. 23. — ⁹⁾ nemá 2b. — ¹⁰⁾ Meinhardus 2b. — ¹¹⁾ Tak 2b; má prázdné místo pro jméno 2, 2a 2aa, 8. — ¹²⁾ Kladsk 2. — ¹³⁾ ut 2b. — ¹⁴⁾ nemá 8. — ¹⁵⁾ sicque — impediverunt nemá 2aa, 2b.

inceptum iter Moraviae ad tempus impediverunt. Proxima itaque die dominica XVII Kalendas Julii in ipso itinere cognoscens duos satellites, vitae eius insidiantes, vocavit comites suos, Zdeslaum¹⁾, filium Blagonis²⁾, alterum Divis, rogans ab eis fidem, ne voluntati suae in quodam secreto contradicerent. Illi vero duci fidem pro velle dederunt. Quibus sub oculis traditores manifestans ait: Hii sunt vitae meae traditores³⁾, insidiatores et interemptores. Sicut⁴⁾ mihi paulo ante⁵⁾ promisistis, impunitos usque ad praesentiam nostram ducatis, quatenus omnis⁶⁾ traditionis tam suspectae quam manifestae veritatem plenius et lucidius cognoscamus. Quorum alter cum hasta et sicca toxicata deprehensus fuit ferme duorum cubitorum longitudine, alter vero fuga elapsus est. Tunc dominus Sobieslaus per dei sapientiam⁷⁾, ut Salomon praemonitus, quibusdam venatoribus suis advocatis rem tamen dissimulans ait: Cuidam ex meis armigeris furata est mantica, mittite indagatores canes, ut sequantur vestigia praedonis. Illi non spernentes iussa domini, velociter insecuti sunt, atque in quadam villa ceperunt eum⁸⁾, vinctumque ad ducem adduxerunt, habentem gladium infectum veneno. Qui praesentibus primatibus Bohemiae interrogavit nefandos latrones dicens: Quam ob causam et cuius consilio tale et tam⁹⁾ nefarium scelus perpetrare voluistis? cuiusve milites estis? Qui filii iniquitatis tam nefandam rem celare non potuerunt, sicque alter se militem esse Miroslai, filii Johannis comitis, alterque¹⁰⁾ fratris eius¹¹⁾ iunioris Strezimir¹²⁾ confessus est. Haec autem verba fuerunt exordium¹³⁾ maledictae orationis: O bone et pie princeps, si causam quaeris et ordinem, omni nube mendacii remota haec est: Miroslaus nos infelices misit ad perdendam vitam inclitam tuam. At Miroslaus, qui in eodem itinere erat, vinculis durissimis est constrictus, Strezimir vero inito consilio cum fratre finxit matrem suam valde¹⁴⁾ infirmam, licentiam domum eundi a duce de expeditione quaesivit. Qui similiter in quadam villa captus est, atque ambo

čas překazily. Tedy první neděli, dne 15 Čerwna, na té cestě poznaw dwa zbrojnoše, kteří ukládali o jeho život, powolal župany své Zdeslawa syna Bláhowa a druhého Diwiše, žádal od nich slovo, aby mu nebyli proti vůli v jistém tajemství. Oni pak knížeti dali slovo dle přání jeho. A on na jich oči ukázaw jim zrádce, prawil: Tito jsau zrádci nad mým životem, úkladníci a vražedníci. Jak jste mi před chvíli slibili, přiveďte je bez trestu až přede mne, abych plněji a jasněji poznal prawdu celé zrady jak podezřelé tak zjavné. Z nichžto jeden chopen jest s kopim a dýkau kalenau téměř dwau loket sděli; druhý však utekl jest. Tehdy kníže Soběslaw maudrostí božskau jako Šalomaun byw napomenut, powolaw některé své lowce, ale taje wěc, prawil: Jednomu z mých zbrojnošů ukraden jest tlumok; wyšlete ohaře, aby sledowali stopy zloděje. Oni nelenice k rozkazům pána rychle běželi, a w jedné wesnici chytili jej, a přivedli spautaného k pánu, majícího meč jedem napuštěný. On pak u přítomnosti starost země české tázal proklatých lotrů, řka: Pro jakau příčinu a k či radě chtěli jste takový a tak nešlechtný zločin spáchati? neb či jste bojownicy? A ti synowé neprawosti nemohli tak nešlechtné věci zatajiti; a tak jeden wyznal, že jest bojownik Miroslawůw, syna Janowa županowa, a druhý bratra jeho mladšího Střezimíra; tato pak slowa byla začátkem proklaté řeči: O dobrý a milý kníže! když se tážeš o příčině a běhu věci, beze všeho mráčku lži tato jest: Miroslaw nás nešťastné wyslal k zahubení twého slawného života. Ale Miroslaw, který byl na též cestě, jest spaután okowy nejtěžšími. Střezimir však, poradiv se s bratrem, smyslil, že jest matka jeho těžce nemocna, a žádal na knížeti powolení, aby směl domů jiti z výprawy. Jest pak podobně w jedné wsi zajat, a obadwa jsau s bratrem odvedeni na Wyšehrad. To když se tak stalo, Soběslaw pán jel do Prahy sídelného bradu pomodlit se, bosýma nohama a w oděwu změněném, jako král Niniwetských, a při wjezdu všichni jsau jej radostně

1) Sdeslaum 2. — 2) Blahonis 2aa, 2b, 8. — 3) nemá 2, 2a, 8. — 4) Sic 2b. — 5) paulo nemá 2aa, 2b; paulo ante nemá 2a, 8. — 6) omnes 8. — 7) d. gratiam 2aa, 2b, 8. — 8) illum 2aa, 2b, 8. — 9) tantum 2, 2a, 8. — 10) alter 2aa, 2b. — 11) sui 2aa, 2b. — 12) Tak 2a; Strzeczimir 2; Strzeczimir 2aa; Strzeczimir 2b. — 13) nemá 8. — 14) nemá 2aa, 2b.

cum fratre ducti sunt in Wissegrad. Hiis ita transactis dominus Sobieslaus proficiscitur in urbem Pragam metropolitanam] causa orationis, discalciatis pedibus et vestibus mutatis, ut rex Ninivitarum¹⁾, et ingredientem omnes lactanter²⁾ cum ingenti triumpho et honore eum suscipiunt, de³⁾ eius salute quidem ut merito gaudentes, hymnumque angelicum cantantes, nec non et campanis sonantes. Factaque ibi oratione discessit in Wissegrad, ibique a canonicis patris sui, scilicet regis Wratizlai, cum inenarrabili gaudio susceptus est. Altera vero⁴⁾ die, quemadmodum apes convolare solent^{4*)} ad duces et ad matrem suam, ita Bohemienses primates rescientes suum principem evasisse tanta pericula, convenerunt in altiorem urbem Wissegrad, ibique inventientes⁵⁾ eum, gaudent de eius salute, ut mater de unico filio. Sequenti vero die dux Sobieslaus congregavit nobiles et ignobiles in palatium Wissegradense, etiam Pragenses canonicos, atque nos ibidem fuimus⁶⁾. Fuit multitudo magna virorum in concilio illo, pene tria millia. Ipseque monarcha Boemorum, stans in medio omnium nostrum, sicut filius supplicans patri de omni inobedientia sua, ita elevans vocem suam, sic cum lacrimis ait: O Bohemienses proceres et scutum Boemicae terrae! Non laudo neque extollo me, sed veritatem dico: quando fui profugus, dei gratia ubique felix fui, et habui de hiis sufficienter, quae mihi necessaria fuerunt; nunc autem flens dico, vivente fratre meo et duce Wladizlao neque scuto neque alia vi istum ducatum et honorem percepi, sed dei misericordia et electione fratrisque mei adhuc viventis vestrique omnium sum adeptus, hacque ratione et iustitia me iuste et rationabiliter arbitrator possedis. Quidam vero ex huius provinciae⁷⁾ nobilioribus instinctu sathanae commoti⁸⁾, me, proh dolor! perimere voluerunt, veluti quondam illorum antecessores fratrem meum Bracizlaum, duces prudentissimum, occiderunt, Suatopluk quoque sine causa perimerunt. Me vero, qui ad utilitatem patriae pariterque⁹⁾ ad vestrum honorem enisus sum, nescio ob quam causam me perdere¹⁰⁾ voluerunt, sed dei

uwitali s welikau sláwau a poctiwostí, radujice se, jak slušno, z jeho zdrawí, a zpiwajice píseň angelskau a také zwonice zwony. A když se tam pomodlil, odebral sa na Wyšehrad, a tam od kanowníků otce swého, totiž krále Wratislawa, s newyslowitedlnau radostí jest uwítán. Druhého pak dne, jak se wčely slétawají ku královně a k matce swé, welmoži češti uslyšewše, že kníže jejich ušel takowých nebezpečnstwí, sešli jsau se na wyšší hrad Wyšehrad, a tam naležše jej, těšili se z jeho zdrawí jako matka z jediného syna. Potom pak ten den Soběslaw kněz shromáždil šlechtice i nešlechtice na paláci Wyšehradském, také Pražské kanowníky, a také my jsme byli. Bylo jest množství mužů weliké w té radě, skoro tři tisíce. A sám mocnář český, stoje prostřed nás wšech, jako syn když prosí otce pro wšecku neposlušnost swau, tak pozdwiwnuw hlasu swého, tolik prawil se slzami: O starostowé češti a štíte země české! nechwálím ani newynáším se, ale prawdu prawím: když jsem byl wyhnancem, milostí boží wšude jsem byl šfasten a měl jsem s dostatek toho, čeho mi bylo potřeba; nyní však s pláčem prawím: za žiwobyti bratra mého a knížete Wladislawa newzal jsem tohoto knížetstwi a důstojenstwi zbrani ani jakau jinou mocí, ale z milosrdenstwi božího a zwolením od bratra mého za jeho žiwota a od wás wšech jsem ho dosáhl. A z té přičiny a tím práwem myslím, že jsem je držel sprawedliwě a rozumně. Ale někteří z urozenějších této země, ponuknutím satanášowým puzeni, mne pohřichu! chtěli jsau zabítí, jako někdy předchůdce jejich bratra mého Břetislawa kněze rozšafného zabili, též Swatopluka bez přičiny jsau usmrtili. Mne pak, jenž jsem usilowal o prospěch vlasti a o waše počestné, newím z jaké přičiny chtěli jsau zkazití, ale z pomoci milosti boží nemohli jsau toho dokonati. Zdalíž newidíte, jaká byla zatwřzelost, jaká bezbožnost srdcí jejich? Nebo kterým jsem udělowal hojnějších darů mé milosti, a které jsem nad jiné ctil laskawější náklonností, a kterým jsem dal slušně sedati po boku mém, těch

¹⁾ Mimuvitarum 2a. — ²⁾ letantur 2, 2a, 2aa. — ³⁾ et 2aa, 2b. — ⁴⁾ autem 2aa, 2b. — ^{4*)} sol. conv. 8. — ⁵⁾ conv. 2b. — ⁶⁾ W ruk. 2 po straně připsáno rukou asi XVII stol. „Author canoninus Pragensis.“ — ⁷⁾ provinciae nobiliores 2, 2a, 2aa, 8. — ⁸⁾ commoniti 2, 2b. — ⁹⁾ pariter et 8. — ¹⁰⁾ prodere 8.

130 gratia auxiliante perficere¹⁾ non valuerunt. Nonne videtis, quanta durtia quantaque impietas cordis eorum fuit? Quibus etenim uberiora dona meae gratiae impertiebar, et quos prae aliis cariori affectu venerabar, atque lateri meo decenter assidere faciebam, horum maligna voluntas mihi exitium molita est. Ceterum ne vel ambitiose vel pro invidia eos dampnare videar, proprii oris eorum alloquio dignitati vestrae audire complacere. Post haec autem praedicti filii sathanae praesentati sunt principi simulque discumbentibus; illi vero qui vitam ducis a maioribus suis²⁾ quaerere iussi fuerant, nefandam rem celare non potuerunt, sed Miroslaum, filium Johannis, in hiis omnibus accusaverunt, iussu cuius³⁾ omnia, quae³⁾ facere voluerant, sibi iniuncta esse dicebant; nam et servientes eius fuerant. Miroslaus autem conspectui ducis astare iussus est, praecceptumque est, ut unus de primatibus ab eo hanc causam inquireret, suane malitia an aliorum suggestionem tale crimen excogitare ausus esset, quisve huius coniurationis magister fuisset. Ipse vero ad haec respondit: Princeps piissime, nullatenus grande peccatum meum celare possum, quod per maximum infortunium praemeditatus sum, sed in praesentia vestri atque simul discumbentium manifestare volo. Nam quodam tempore unus de militibus Bracizlai nomine Bolesla^{3*)} causa huius mihi iniungendi peccati ter me visitavit, cuius ego consilio consentire nolui. Ad ultimum vero venit ad me⁴⁾ Bosik⁵⁾, vester⁶⁾ capellanus, atque tali modo me monere coepit: Nonne, charissime fili, patre tuo in hac provincia nullus nobilior nullusque sapientior fuit? tu autem inter alios huius terrae primates pro minimo haberis, insuper et germanum tuum tamdiu in vinculis pro nihilo multa mala perferre pateris? Ergo melius est, ut hoc duce superbissimo perempto, talem inthronizemus, a quo sine dubio cuncta, quae⁷⁾ nobis placuerint, habere poterimus. Quod si mihi non credis, ad talem te deducam, cui indubitanter credere poteris. Hoc sermone finito ego pro peccato meo admonitioni eius acquievi, et ita perduxit me ad episcopum Meynhardum, qui in quadam villa manebat, quae

zlostná vůle pokaušela se o mau zkázu. A však aby se nezdálo, že je odsuzuji hrdě nebo z nenávisti, buď důstojnosti vaši libo slyšeti je mluvící svými vlastními ústy. Po té pak řečení synové satanowi postaveni jsau před kníže a před ty, kteří s ním zasedali; oni pak, kterým bylo kázáno od jich starších hledati smrti knížete, bezbožného předsevzetí zatajiti nemohli, nýbrž vinili v tom ve všem Miroslawa syna Janowa, pravice, že jeho kázáním všecko, co byli chtěli učiniti, jim bylo nařizeno; nebo byli i jeho služební. Miroslawowi pak kázáno jest státi před obličejem knížete, a nařizeno jest, aby jeden z pánů jej tázal o té věci, zdali směl ze své zlosti čili z ponuknutí jiných takový zločin zamysleti, aneb kdoby byl vůdcem toho spiknutí. On pak jest k tomu odpověděl: Kníže nejmilostivější! nemohu velkého hříchu svého nikterak zatajiti, který jsem z největšího neštěstí mého smyslil, nýbrž u přítomnosti vaši a všech přísedících minim jej zjewiti. Neb jednoho času jeden z bojovníků Brětislawových, jménem Bolesla, třikrát jest mě nawštívil, aby mě k tomuto hříchu zjednal; k jehožto vybidnutí jsem já svoliti nechtěl. Naposledy však přišel ke mně Božik, váš kaplan, a jal se mě takovým způsobem wyzývati: Což, nejmilejší synu, bývali v této zemi kdo slawnější neb kdo maudřejší jak otec twůj? ty však mezi jinými předními této země jmin jsi za nejmenšího. Krom toho budešli trpěti, aby vlastní bratr twůj tak dlouho ve wazbě pro nic snášel tak mnoho zlého? Jest tedy lépe, abychom toto pyšné kníže zabili a tak svého posadili na stolec, od kterého bychom mohli míti vše, co se nám zalíbí. Pakli mi toho newěříš, já tě dowedu k takowému, kterému budeš moci wěřiti bez pochybnosti. Když jest tuto řeč dokonal, pro Bůh hřích můj! přiwolil jsem k jeho pobádání, a tak dowedl jest mě k biskupu Menhartowi, který přebýwal w jedné wesnici, která se slowansky jmenuje Zerčínawes. To jest pak učinil, jako chtěje mě poručiti biskupu do služby, a tam jest se stal začátek celého tohoto spiknutí. Potom tázán byw od knížete o řečeném spiknutí, winil jest těžce biskupa ve všem, tak

1) proficere 2aa, 8. — 2) nemá 2aa, 2b. — 3*) cuius 8. — 3) nemá 2, 2a, 2aa, 8. — 3*) Boleslaus 8. — 4) ad me nemá 2aa, 2b. — 5) Bozik 2aa; Božik 2b. — 6) Tak 2b; ostatní noster. — 7) quaecunque 2aa, 2b, 8.

sclavice ¹⁾ Zircinaues ²⁾ appellatur. Hoc autem fecit ceu praesuli me cupiens in ministerium commendare, ibique totum initium huius coniurationis factum est. Deinde a duce interrogatus de praedicta coniuratione, episcopum graviter in omnibus ita dicens ³⁾ accusavit: Praesul Meynhardus ob hanc causam, ut ⁴⁾ nos in hoc negotio constantes haberet, duos digitos super reliquias sanctorum posuit, et verba huiusmodi ⁵⁾ mecum habuit: Si vitam ducis perdideris, inter ista quinque scilicet Zatecz ⁶⁾, Liutomirzicz ⁷⁾ et inter cameram et mensam et agazoniam ⁸⁾, quodcunque elegeris, me promittente duceque Bracizlao donante, sine dubio cum honore possidebis. Deinde postquam se ipsum cum aliis proprio ore ^{8*)} accusavit, de consilio ⁹⁾ cum sociis eductus est, sequentique die cum fratre Strezimiro et cum quodam medico omnibus membris in foro privati sunt. Duo autem praedicti filii sathanae inauditum tormentum subierunt, scilicet in rotam strictius implexi, oculis erutis, manibus cum lingua amputatis, cruribusque confractis super columpnas positi, quae interitui ¹⁰⁾ eorum apparatus fuerant, miseram vitam finierunt. Kriwosud ¹¹⁾ vero, qui patruus Miroslai fuerat, atque alii duo, quorum unus Waczemil ¹²⁾ alter Henricus vocabatur, isti quidem, qui a praefato Miroslao coram duce atque praedicto ¹³⁾ conventu accusati fuerant, ad iudicium destinati Praegae per ferrum inceserunt, et sic ab omnipotente deo damnati veraciter rei reperti sunt, ac proinde quatenus capitalem subeant sententiam decretum est; tandem ducti ad forum IX Kal. Julii cum securi decollati sunt. Bosik capellanus ¹⁴⁾, inter cetera populi multitudine quasi ad spectaculum affuit. Illud autem nescio, an ad abolendum sibimet scelus impositum venerit, an sicut diabolus inventor huius negotii fuit, atque ductor ipsius per omnia extitit, ita ad spectandum interitum sodalium suorum eum adduxit; volendo agonistam suum non diutius a consortio sociorum vagari. Nam qui antea conscius sibimet vagus et

pravě: Biskup Menhart pro tu příčinu, aby nás ¹¹³⁰ w té věci měl stálé, položil jest dwa prsty na ostatky swatých, a měl se mnau řeč takowauto: Zhubišli život knížete, z těchto pěti věci, totiž Žatec, Litoměřice, komoru neb stůl neb konnici, cožkoli si zwoliš, jak ti slibuji a Břetislaw kněz, udělí, beze vši pochybnosti se cti mítí budeš. Konečně, když sám sebe i jiné vlastními ústy za winné udal, wyweden jest z rady spolu s druhy swými, a druhého dne s bratrem jeho Střezimírem a s jedním lékařem osekány jsau jim všecky údy na tržišti. Ale dwa prvé řečení synové satanowi podstaupili jsau muka neslychaná; totiž jsau do kola těsně wpleteni, oči jim wylaupeny, ruce i jazyk uříznuty a s přeraženými hnáty položení jsauce na slaupy k jich zahynutí připrawené, bídné životy skončili. Kriwosud pak, jenž byl strýc Miroslawůw, a jiní dwa, ježto jeden slaul Waczemil, druhý Jindřich, ti, poněwadž byli od řečeného Miroslawa před knížetem a swrchuřečeným sjezdem obwinění, odkázáni jsauce na saud, kráčeli w Praze přes železo, a tak od Boha všemohaucího jsauce odsauzeni w prawdě shledáni jsau co winníci; a protož nalezeno jest, aby podlehli trestu hrdelnímu; poté wedeni jsau na trh dne 23 Čerwna, a plknem sfati jsau. Kaplan Božík byl jest mezi ostatním lidstwem jako na podíwanau. Toho však newím, přišelli, aby smazal zločin sobě přičítaný, čili jak byl ďábel smyslítelem této věci, také po vše zůstal jejím řiditelem. Tak jej přiwedl, aby se díwal na zahynutí swých towaryšů, chtěje aby šermíř jeho déle neodbíhal společnosti swých druhů. Neb jenž prvé swědom sebe těkal a ubíhal, nyní milosti božskau všem veřejně zjewen jest. Uwiděw jej totiž jeden z welmožů, chopil jej

¹⁾ nemá 2aa, 2b. — ²⁾ Zerczinaues 2aa; Zerczinawec 2b; Zircina wes 8. — ³⁾ dicendo 2aa, 2b. —

⁴⁾ ut nos constantes in hoc facto hab. 2aa, 2b. — ⁵⁾ huiusmodi 8. — ⁶⁾ Zacz 2aa, 2b; Žatec 2a. — ⁷⁾ Lithomierzicz 2aa; Lithomerzicz 2b; Luthomierzic 2a. — ⁸⁾ agosoniam 2aa; agason. 2b; gosinam 2a, 8. — ^{8*)} ore pr. 8. — ⁹⁾ concilio 8. — ¹⁰⁾ interitu 2. — ¹¹⁾ Crziuosud 2a. — ¹²⁾ Wiczemil 2aa; Wicemil 2b. — ¹³⁾ praefato 2aa, 2b. — ¹⁴⁾ B. cap. quoque 2b.

1130 exul extiterat, modo per dei gratiam manifestus omnibus apparuit. Quem videns unus de primatibus tentum perduxit ad ducem, et interrogatus de causa, sermone sociorum in nullo discrepuit, sicque catena ferrea constrictus ad custodiam villico ¹⁾ regis deputatus est. Sequenti vero septimana II Kal. Julii Bracislaus obcoecatus est.

Eodem anno VIII Idus Octobris quoddam monstrum ad similitudinem serpentis uno momento, scilicet circa occasum solis, visum est volare per totam Bohemiam et per plurima alia loca. Post haec autem aliud signum visum est a quibusdam nimis lucidum matutinali hora. Wratislaus, filius Dedalrici, reductus est de exilio.

1131 Anno dominicae incarnationis 1131, IV Kal. Aprilis ²⁾, id est in dominica, qua cantatur Laetare, Lotarius rex cum multo comitatu tam clericorum quam laicorum in civitate, quae Leodium vocatur, convenit. In ³⁾ quo conventu Innocentium ⁴⁾ profugum papam elegerunt, illum videlicet, quem Petrus, Leonis filius ⁵⁾, cum clero et populo Romanae ecclesiae de pontificali sede pepulit. Quam ob rem ⁶⁾ episcopum Monasteriensis ecclesiae ⁶⁾ miserunt ⁷⁾, qui Petro papae ⁸⁾ omnibusque Romanis regem Teutonicorum cum exercitu post quinque menses ad eos venturum nunciaret ⁹⁾. Qui ob metum falsi regis Conradi una a recta via deviando venit in Bohemiam, et in Wissegrad metropolitana civitate missam de inventione sanctae crucis magno cum honore nec non cum canonicis eiusdem ecclesiae celebravit; tandem a duce Sobieslao decenter donatus, per regionem Racudsis ¹⁰⁾ marchionis transiit, sicque per multas provincias transiens rediit ad sua. Sed illa res ¹¹⁾ ad nichilum redacta, quasi pulvis a vento raptus deperiit.

Interea transcurrente tempore dux Sobieslaus ad radicem cuiusdam villae nomine Tachow in finibus Mesco castrum aedificavit, quod ex nomine adiacentis villae appellavit; aliud quoque aedificavit in partibus Milesko ¹²⁾ iuxta flumen Niza, appellavitque nomine Yzhorelik ¹³⁾,

a přivedl ku knížeti; a tázán byw o věci, ničím se od řeči saudruhů swých neuchyloval, a tak spaután byw okowem železným, doprawen jest do wazby włádaře královského. Potom pak ten týden posledního dne měsíce Čerwna oslepen jest Břetislaw. ✓

Téhož roku dne 8 Řijna jakási obluda ku podobenstwi hada jednu chvíli, totiž při západu slunce, widina jest letící přes celau zemi českau i přes mnohá jiná místa. Potom pak widino jest jiné znamení od mnohých welmi jasné w hodinu ranní. Wratislaw, syn Dedalrikůw, nawrácen jest z wyhnanstwi.

Léta od narození páně 1131 dne 29 Března, to jest w neděli, kterau zpívají Laetare, král Luther s četnau družinau jak duchowních tak swět-ských měl sjezd we městě řečeném Leodium. Na kterémžto sjezdu zvolili jsau Innocentia uběhlého za papeže, toho totiž, kterého Petr syn Lwůw s duchowenstwem a lidem kostela Římského byli jsau zapudili od papežské stolice. Z té příčiny poslali jsau biskupa kosteia Münsterského, aby oznámil Petrowi papeži a Římanům všem, že král německý s wojskem k nim miní přijíti za pět měsíců. Kterýžto pro strach nepravého krále Konrada od pravé cesty se uchýliw, přijel jest do Čech, a na Wyšehradě, sidelném místě, mši o nalezení swatého kříže s welkau poctiwosti i s kanowniky téhož kostela slawil jest; potom od knížete Soběslawa slušně byw darowán, zemi markrabí rakauského se ubíral, a tak mnohými zeměmi projew, wrátil se domů. Ale ta wěc se nezdařila, zmizela jest jako prach wětrem odnesený.

Mezi tím časem kněz Soběslaw na aupati jedné wsi řečené Tachow w okršlku Mežska wystawil hrad, jež nazwal dle jména wsi při něm ležící; jiný také wystawil w krajině Milečské wedlé řeky Nisy, a nazwal jej Zhořelec, kdežto předtím slaul Dřenow. Tehdy pan Men-

¹⁾ illico 2b. — ²⁾ Dle zpráv jiných byl papež již dne 22 března t. l. w Lutichu. — ³⁾ In — elegerunt nemají 2aa, 2b. — ⁴⁾ Innocence II. — ⁵⁾ Analekt II. — ⁶⁾ Místo quam ob rem má 8 quae propter. — ⁷⁾ W Münsteru biskupowal od r. 1127 — 1132 Egbert (Ekbert). — ⁸⁾ nemá 2a. — ⁹⁾ propter 2a, 8. — ¹⁰⁾ nunciare 2, 2aa, 8. — ¹¹⁾ Racd'sis 2, 8; Raciesis 2a; Raedesis 2aa; Raedep 2b. — ¹²⁾ Mileczko 2aa, 2b. — ¹³⁾ Yzhorelik 2b.